

[14] Item una cum¹⁾ consite²⁾ camerario³⁾ debent⁴⁾ provi-
dere de pecunia pro expensis hospicii et aliis nego-
ciis regis oportuna⁵⁾; litteras autem regias de provi-
sionibus ipsis habent ipsi facere.

[15] Cancellarius⁷⁾ vero omnes predictas litteras, quas⁸⁾
dicti magistri racionales⁹⁾ facient et mittent sub
sigillis eorum, sigillabit¹¹⁾.

[16] Item omnes officiales tenentur mittere magistris
rationalibus singulis tribus mensibus quatuordecim¹²⁾
unum¹³⁾ de introitu¹⁴⁾ et exitu eorum, et singulis sex
mensibus debent comparere¹⁵⁾ coram eis et ponere
rationem finalem.

[17] Gagia magistrorum rationalium conserventur esse
mensis centum octo, computatis robbis¹⁷⁾ et liberata²¹⁾
panis, vini et candellarum, sicut habent habitus²²⁾.

[18] Item quilibet ipsorum magistrorum rationalium cu-
riam sequentium habeat secum continue ad gagia
curie²⁵⁾ unum scriptorem pro negociis curie faciendis,
tam de die quam de nocte.

[19] Et dominus rex reservat sibi, quod possit, si voluerit,
prebenda vel aliqua ex eis corrigere, declarare, immu-
tare vel demere seu alia de novo addere, prout de
sua processerit voluntate.